

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 435

**Auteur(s) :** Robert II, Meulan (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Robert IV d'Argences, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1178-1190]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Accord entre Robert, comte de Meulan, et Robert [IV d'Argences], abbé de Jumièges, touchant leurs droits de pêche réciproques à Norville et à Vatteville. En vertu de cet accord, les pêcheries qui se trouvaient dans les eaux de ces deux localités étaient communes entre le seigneur et le couvent et confiées à la garde de deux personnes dont l'une était nommée par l'abbé et l'autre par le seigneur.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXXI, t. 2, p. 45-47.

## Dissertation critique

datation proposée par J.-J. Vernier

Texte établi d'après a

Noverint universi quod Robertus comes Mellenti et Robertus abbas Gemmeticensis, assensu capituli sui, communicaverunt et in perpetuum communicari ex equo concesserunt omnes piscarias que sunt in aqua Nutriville et Wateville, quantum terra comitis, ex parte Wateville et terra abbatis ex parte Nutriville durat, sive sint in descensu aque, quas habent abbas et monachi ex dono comitis, sive sint in ascensu, quas in sua aqua uterque, comes scilicet et abbas, ab antiquo proprias habuerit. Communicaverunt etiam piscarias illas que dicuntur florei sive stultum rete, sive sint ex parte terre comitis, sive sint ex parte terre abbatis. Custos autem comitis et custos abbatis qui piscarias custodient cum piscatoribus tam comiti quam abbati fidei interpositione [securitatem] facient, et quod utrique partem suam fideliter custodient et quod nullam fraudem cuilibet eorum facient aut fieri ab alio permittent. Homines vero qui stalarias figent, sive sint homines comitis, sive abbatis, sive extranei, non pro velle suo, sed communiter tam in minus fertili quam in fertiliori aqua figent. Quod si homines comitis abbati de sua parte in aliquo forisfecerint, per justitiam comitis abbati emendabitur, ita quod abbati catallum suum integre restituetur, et amenda que capietur de homine comitis, comitis erit. Similiter, si homines abbatis comiti de sua parte forisfecerint, per manum abbatis comiti emendabitur, ita quod catallum restituetur ei, et amenda que capietur de homine abbatis, abbatis erit. Si vero homines extranei eis forisfecerint, in commune emendabitur, et catallum suum utriusque restituetur et amendam, que capietur inde, in commune et ex equo partientur. Quod si aqua, decursum seu canalem suum mutando, versus Nutrivillam sive Vuatevillam cursum proprium converterit, uterque, comes scilicet et abbas, ex parte sua usque ad aquam terram suam sequetur et in pace habebit, sicut ab antiquo consuetudo aque se habet. Comes etiam ad figendam medietatem suam palos inveniet, et pro remedio anime sue, conjugis et prolis et antecessorum suorum

abboti et monachis, ad fingendam eorum medietatem, .LXta. palos singulis annis de nemore suo in elemosinam ipse et heres ejus in perpetuum dabit.